p mūdo quia ad te uadō al'e via. Iuit Al'e via

Ps. Dñe dn̄s nr̄. In dn̄o ↄfido. Celi enarrant.

Dñe in uirtute. Dn̄i est ter. Exaltabo

Al'e via te dñe. V Exaltare dñe i uir. t. Respō.

t passionē suam p dies quadraginta apparēs

et loquēs

# VOTIVÆ ACCLAMATIONES
PRÆSTANTISSIMO ATQ; DOCTISSIMO
VIRO,

# DN. M. LUDOVICO
Starck/ GYMNASII MOLHUS. CONRECTORI DIGNISSIMO;

&

HONESTISSIMÆ PUDICISSIMÆ
VIRGINI

# SIBYLLÆ,
AMPLISSIMI, PRUDENTISSIMI, LITTERATISSIMI VIRI,

## DN. MATTHÆI ZELMANNI,
LIB. IMPER. REIPUBL. MOLHUSINÆ PRÆTORI ET SENATORI
SPECTATISSIMO
FILIÆ,

SPONSIS.

CHRISTIANO NUPTIARUM RITU MOLHUSII,
ANNO ∞ IↃC XXVII.
IIX. KAL. JUN.
IPSO DIE SIBYLLÆ
FELICITER COPULANDIS,
DICTÆ CONSECRATÆ
à
COGNATO, AFFINE, COLLEGIS, &c.

MOLHUSII,
Typis excuſum per JOHANNEM STANGIUM.

# AD
# PRÆSTANTISS. DN. SPONSUM
## COGNATUM ET COLLEGAM CONJUNCTISS.

*SPONSE petis faciam thalamo qvodcunq; ſit aptum.*
*NON POSSUM. non me Mars ferus ille ſinit.*
*Qvi cupit hoc feſto verbis excellere nuptis,*
*influxum Veneris, non bene Martis habet.*
*Cogito qvis fuerim. non ſum velut antè Poëta:*
*vix poſſum in metricos cogere verba pedes.*
*Attamen hoc moneo: ne ſis pro tempore* qvi ſum,
Sicut ego. *noli dicere ſicut Ego.*
*Si qvid Sponſa rogat; NON POSSUM dicere noli.*
*Nec res eſt, POSSUM, dicere; ſed facere.*
*Sis potiùs, precor & moneo, bonus ipſe Poëta,*
*qviq; manus poſſit cogere, qviq; pedes.*

## ÆNIGMA.

*Tergeminâ ex arte eſt, qvod ſi tractaveris arte*
*ſaltem unâ, geminum conciliare potes.*
*Eſt caput in* Logicâ; Phyſicâ *ſtat ventre ſubaltum;*
Muſica *amat caudam. Dic, Neonymphe, qvid hoc?*
Drey Künſte ſein darin es ſteht/
Durch eine es auch zwiefach geht/
Das Heupt auß der Vernunfft herreicht/
Der Bauch von der Natur auffſteigt/
Der Schwantz in der Muſic hat maß/
Rath jhr/ Herr Bräutgam/ was iſt das?

M. GEORG. ANDREAS FABRICIUS,
Poëta L. Cæſ. Gymnaſiarcha.

Sponſam

II.

SPonſam nanciſci caſtam ſimul atq; pudicam,
lætitiæ quæ ſit plurima cauſa novæ.
Munus id eſt inſigne DEI, qui cuncta gubernat,
dignum devotô pectore & ore cani.
Quod verè dum Sponſe tibi contingit, & indè
otia nunc nobis lætitiamq; facis.
En pia vota alijs animô conjungo fideli,
quêis Chriſtus celsô pondus ab axe dabit.
*Vos amor unanimis jungat conſtansq; voluntas!*
*Veſter ſit plenus proſperitate torus!*
*Pignora conſpiciant veſtri numeroſa penates!*
*ſic benè conjugium, ſic benè cedet opus.*

Novæ adfinitatis ergò deſubitò
fundebam

*M. CASPARUS MELBACH Eccleſ.*
*ad DD. Georg. & Mart.*
*Miniſter.*

---

III.

*ALLUSIO NUPTIALIS*
In
FAMILIAM STARCKIORUM.

*CUm LUDOVICE tuam SOPHIAM conducis ad uſum,*
*Dum contemplaris juga vitæ ſacra mariti*
*Aſſueſcis gnarè formare in ſeria morum,*
*Atq; virile tuum vultum ſchema aſperat: Omen*
*Fama*

*Fama refert, veluti, Generis cum Nomine* STARCKI.
*Gratulor ex animo hunc animum, vitamq́; novellam,*
*Famæ quando Genus* STARCKIORUM *ritè reformas·*
*Famine vulgus ait: quòd civeis inter honeſtos*
*Eximio emineat quivis de ſanguine natus:*
*Verùm te,* STARCKI, *Molhuſina urbs, priſca fidesq́;*
*Virtutes genuiſſe Patris, canet: eſſe creatos*
*De meliore luto,* Fortes *ſimilesq́;, parente.*
*Ergò cumq́; tuum Patrem eminuiſſe, virorum*
*Comprobat, eulogiæ & Patriæ, vox: ſcripta manusq́;.*
*Patris in exemplum Fratres ivêre tenaci*
*Tramite, conſimilem conſpirat agona Magiſter*
*Natus, quiq́; parat calidæ monimenta juventæ,*
*Uxorem ducit bonô in igne domumq́;* SIBYLLAM.
*Gratulor hoc auſum. Patritum ſtemma refulgeât,*
*Proximet hos Sponſos juvenantes æmula virtus,*
*Æqua ſit ut Pietas, Concordia divite cultu*
*Vernet, dum Nuptis Benedictio larga perennet:*
*Ordia conjugÿ felicia, & innubis ordo,*
*Exitus ibit ovans, vergens ad dulcia Amoris*
*Pignora, quêis ſummi laus creſcat dia Jehovæ.*

honoris & amoris ergò f.

à

M. ANDREA MÜLLER,
Paſtor Windeberg.
& Salfeld.

Conti-

IV. (xor,

CONtigit ergò tibi, LUDOVICE perite, quod u-
Quã decorat pietas, caſtus & ornat amor.
Gratulor hanc ſortẽ tibi toto pectore fauſtã,
Et precor ut veſter creſcat amore thorus.
Vivite conjunctim multos feliciter annos
Prole replete ſolum, prole replete polum.

*STEPHANUS CUSTER*
*Sponſi Collega.*

V.

VOTUM NUPTIALE.

*QVod precor: hoc iteret devoto pectore Votum,*
*Quisquis adeſt præſens: Tu quoq; quisquis abes.*
*Vivat* Ludvicus, *vivat formoſa* Sibylla:
*Sponſus cum Sponſa vivat, uterq; diu.*
*Ut menſam cinctam videant & prole repletam,*
*Et ſit Sponſus avus, Sponſa ſit aſt avia.*

Chriſtophorus Cnorr Scholæ
Patriæ Collega.

VI.

SPonſe recens caſti peragis dum fœdera lecti
Exequeris ſummi juſſa verenda DEI.
Hocce tuum laudo facinus: Fabricator olympi
Proſpera cum Sponſa det tibi cuncta precor,
Ut

Ut multâ fieri poſſitis prole beati,
Inq; bonâ longos vivere pace dies.

*JOHAN. CUNHOLD.*

## VII.
## VOTUM NUPTIALE.

JAm te Kratiades ſacram nunc ſiſtis ad aram,
Jungitur & lateri Sponſa SIBYLLA tuo.
Adſpiret cœptis DEUS, & connubia firmet,
Auſpicioq; ſuo fœdera pacta juvet.
Det ſit conjugium felix, thalamusq; beatus,
Namq; nihil felix eſt, niſi dante DEO.
Det ſit mens eadem vobis eademq; voluntas,
Et ſincerus amor pectora conſociet.
Naſcantur dulces nati, dulcesq; nepotes,
Naſcantur ſocij pignora grata tori.
Per totam regnet felix concordia vitam,
Ira ſit à vobis litigiumq; procul.
Sint procul à vobis Satanæ fraudesq; doliq;,
Ut nunquam noceat vis metuenda mali.
Hæc voveo toto ex animo, det rector olympi
Omnipotens votis vel potiora meis.

*JOHANNES WINTER Scholæ Mülhuſinæ Collega.*

Vivitur

IIX,

VIvitur ex rapto thalami cùm ſpernitur ordo,
Quem Deus in verbo ſancijt ipſe ſuo.
Teſtis raſa cohors, monialis & improba: rūpēs
Fœdera ſancta Dei, jura ſacrata tori.
Verùm qui vivis, ſinit ut jus, Sponſe, Jehovæ
Atq; domum Sponſam ducis, amore, tuam.
Hoc tibi ſit felix ex corde ut, comprecor. Atq;
Ædificet Sponſam prole, Jehova, piam.

*Compaternitatis & gratulationis ergò fecit,*

Adamus Grüning Mülhuſinus
Ludimoderator Salfeld.

FINIS.

o zuu ae via. Et cōueſcens ꝑcepit eis

s ne diſcederēt ſed expectarēt ꝓmiſſi onē pa

mus pulchritudo domini exaltata eſt ſu ꝑ ſy

eius in nubibus celi Et nomē eius ine

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93151-p0010-3

VOTIVÆ ACCLA

*PRÆSTANTISSIMO A*

*VIRO*

# DN. M. LV

Starck/ GYMNASII

RECTORI DIG

*&*

*HONESTISSIMÆ*

*VIRGI*

# SIBYL

*AMPLISSIMI, PRUD*

*TERATISSI*

# DN. MATTHÆ

NI, LIB. IMPER. RE

SINÆ PRÆTORIS

SPECTATI

FILIA

SPON

*CHRISTIANO NUPTIAR*

ANNO ∞ IↃ

IIX. KAL

*IPSO DIE S*

FELICITER CO

DICTÆ CON

à

*COGNATO, AFFINE*

---

MOLH

*Typis excuſum per* JOHAN

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93151-p0011-9